



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 101. Eduardus ope Burgundiæ Ducis in Anglima redux

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. CI.

*Eduardus ope Burgundiæ Ducis
in Angliam redux.*Sæcul. XV.
A.C. 1471.

Eduardus totus in eo erat, ut Burgundiæ Ducem ad ferenda sibi auxilia permoveret: Hic vero postulata concedere cunctabatur, eoquod non modo Henricum velut Regem legitimum veneraretur, sed etiam Lancastriensium invidiam pertimesceret, præcipue in ea rerum vicissitudine, ubi isti in Anglia dominatum exercebant, ac Gallis foedere juncti erant. Nec tamen inde Eduardus spe sua dejici poterat, sed Burgundiæ Ducissam Sororem suam impense rogat, ut Ducem Maritum suum ad suppetias ei mittendas urgeret. Nec consilium eventus fefellit: Quippe Eduardus præter trecenta florenorum millia, trium etiam navium subsidio auctus a Burgundo discessit, eumque piratæ, quos Ostrelinos vocant, comitabantur, & pacta pecuniarum summa spondebant, se ejus latera toto itinere stipaturos, nec nisi decimo quinto die, ex quo in terram exscendisset, ab eo recessuros; Igitur maris committit, quamvis non nisi duo armatorum millia secum duceret; secundis tamen ventis utebatur, altoque mari decurrens, prospera navigatione in Angliam

*Polyd. Virg.
gil. Histor.
Angl. l. 24.*

Aa 5

descen-